



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum potentia quæ est in Deo sit infinita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

*Vtrum sit infinita.*

intentio, respondet aliqua res. Et similiter est de re A latione principii quam addit potentia supra essentiam. Nam ei responderet aliquid in re mediate, & non immediate. Intellectus enim noster intelligit creaturam cum aliqua relatione & dependentia ad creatorem, & ex hoc ipso, quia non potest intelligere aliquid relatum alteri, nisi econtrario reintel ligat relationem ex opposito: ideo intelligit in Deo quandam relationem principij, quae consequitur modum intelligendi, & sic referunt ad rem mediate.

AD XI. Dicendum, quod potentia, quae est in secunda specie qualitatis, non attribuitur Deo, hec enim est creaturem, quae non immediate per formas suas essentiales agunt, sed mediabitibus for mis accidentibus: Deus autem immediate agit per suam essentiam.

AD XII. Dicendum, quod diuersis rationibus attributorum, responderet aliquid in re diuina, sci licet unum, & idem. Quia rem simplicissimam, qua Deus est, propter eius incomprehensibilitem, intellectus noster cogitat diuersis formis repraesentare, & ita istae diuersae forme, quas intellectus concipit de Deo, sunt quidem in Deo sicut in causa veritatis, in quantum ipsa res, qua Deus est, est repraesentabilis per omnes istas formas, sunt tamen in intellectu nostro sicut in subiecto.

AD XIII. Dicendum, quod Philosophus intelligit de potentiis actiuis, & effectiuis, & huiusmodi, quae sunt in artificialibus, & in rebus humana: nam nec etiam in rebus naturalibus verum est, quod potentia actiua sit semper propter suos effectus. Ridiculorum enim est dicere, quod potentia solis sit propter vermes, qui eius virtute generantur, multo minus diuina potentia est propter suos effectus.

AD XIV. Dicendum, quod potentia Dei non est media secundum rem, quia non distinguitur ab essentia, nisi ratione, & ex hoc habetur, quod significetur ut medium: Deus autem non agit per medium realiter differens a se ipso: vnde ratio non sequitur.

AD XV. Dicendum, quod duplex est actio. Una quae est cum transmutatione materiae. Alia est, que materia non praesponit, vt patet in creatione. Et vtroque modo Deus agere potest, vt infra patet. Vnde patet, quod Deo recte potentia actiua potest attribui, licet non semper agat transmutando.

AD XVI. Dicendum, quod Philosophus non loquitur vniuersaliter, sed particulariter, quando scilicet aliquid mouet seipsum, sicut animal. Quando autem aliquid mouetur ab altero, tunc non est eadem potentia passionis, & actionis.

AD DECIMVS SEPTIMVM dicendum, quod potentia dicitur esse contraria priuatio, scilicet impotentia, non tamen de contrarietate facienda est circa Deum mentio, quia nihil quod est in Deo, habet contrarium, cum non sit in genere.

AD DECIMVMO CTAVM dicendum, quod agere non remouetur a Deo simpliciter, sed per modum rerum naturalium, quae agunt, & partitunt simul.

*Vtrum sit infinita.*

Secundo queritur de potentia Dei. Vtrum sit infinita. Et videtur quod non, quia vt dicitur in 9. Metaph. frustra esset in natura aliqua potentia actiua, cui non responderet aliqua passiva: sed potentia infinita diuina non respondet aliqua passiva in natura: ergo frustra esset diuina potentia infinita.

¶2. Præt. Philosophus probat in 8. Physic. non esse potentiam infinitam in magnitudine infinita, quia sequeretur quod ageret in non tempore, nam major virtus agit in minori tempore: vnde quanto virtus est maior tanto tempus est minius. Sed potest infinita ad finitam nulla est proportio: ergo nec temporis in quo agit potentia infinita, ad tempus, in quo agit potentia finita. Cuiuslibet autem temporis ad quolibet tempus est proportio: ergo cum potentia finita moueat in tempore, potentia infinita mouebit in non tempore. Eadem ratione si potentia Dei est infinita, semper operabitur in non tempore, quod falsum est. Sed dices, quod voluntas diuina non determinat quanto tempore velit effectum suum compleri, & sic non oportet, quod potentia diuina semper agat in non tempore.

¶3. Sed contra, voluntas diuina non potest immutare eius potentiam, sed de ratione potentiae infinita est quod agat in non tempore, ergo hoc per voluntatem diuinan immutari non potest.

¶4. Præt. Omnis potentia manifestatur per suum effectum: sed Deus non potest facere effectum infinitum, ergo potentia Dei non est infinita.

¶5. Præterea. Potentia proportionatur operacioni: sed operatio Dei est simplex: ergo & potentia. Simplex autem & infinitum adinuicem repugnat: ergo vt prius.

¶6. Præt. Infinitum est passio quantitatis, vt Philosophus dicit in 1. Physicorum. Sed Deus est absque quantitate, & magnitudine: ergo eius potentia non potest esse infinita.

¶7. Præterea. Omne quod est distinctum est finitum, sed potentia Dei est distincta a rebus aliis: ergo est finita.

¶8. Præt. Infinitum dicitur per remotionem finis: Finis autem est triplex, scilicet magnitudinis, ut punctus: perfectionis, vt forma, intentionis, ut causa finalis. Hęc autem duo ultima cum sint perfectionis, a Deo remoueri non debent: ergo diuina potentia non debet dici infinita.

¶9. Præterea. Si potentia Dei est infinita, hoc non potest esse, nisi quia est effectuum infinitorum: sed multa alias sunt, que habent effectus infinitos in potentia, ut intellectus, qui potest intelligere infinita in potentia, & sol qui potest producere effectus infinitos: si ergo potentia Dei dicatur infinita, pari ratione, & multe alię erunt infinitę, quod est impossibile.

¶10. Præterea. Finis est quoddam ad nobilitatem pertinens. Sed omne quod est huiusmodi, rebus diuinis debet attribui: ergo potentia diuina debet dici finita.

¶11. Præterea. Infinitum secundum Philosophum in tertio Physicorum est partis, & materiarum, quae imperfectionis sunt, & Deo non conuenient: ergo, nec infinitum est in potentia diuina.

Quæst. dicit S. Tho. A 2 ¶12. Præt.

QVAEST. I. DE POTEN. DEI, ARTIC. II.

¶ 12. Præt Secundum Philosophum i. Physic. terminus neque finitus neque infinitus est. Sed diuina potentia est omnium rerum terminus: ergo non est infinita.

¶ 13. Præt Deus agit tota potentia sua. Si ergo potentia eius est infinita, semper effectus eius erit infinitus, quod est impossibile.

II.1.Orth. fi.  
2.4.1. med.

Sed contra est, quod dicit Damascen. quod infinitum est, quod neque tempore, neque loco, neque comprehensione finitur: hoc autem conuenit diuina potentia: ergo diuina potentia est infinita.

II.8.de tri.1.

¶ 12. Præt. Hilar. dicit. Deus immensus virtutis, vi-  
uens potestas, quae nusquam non adsit, nec vix quā  
desit: omne autem immensum est infinitum: ergo  
potentia Dei est infinita.

Vide p. par.  
q.25. art.1.  
2.D.4.1.  
art.1. Con-  
tra Genit.  
c.4.4.13. Me-  
rap. loc.6. in  
B. op. 3. c.19.

RESPON. Dicendum, quod infinitum dicitur duplicitate. Vno modo priuatiue, & sic dicitur infinitum, quod natum est habere finem, & non ha-  
bet. tale autem infinitum non inuenitur nisi in  
quantitatibus. Alio modo dicitur infinitum negatiue, id est, quod non habet finem. Infinitum primo modo acceptum Deo conuenire non potest, tunc quia Deus est absq; quantitate, tunc quia omni-  
potentia imperfectionem designat, quae longe  
a Deo est. Infinitum autem dictum negariue con-  
uenit Deo quantum ad omnia, quae in ipso sunt.  
Quia nec ipse aliquo finitur nec eius essentia, nec  
sapientia, nec potentia, nec bonitas: vnde omnia  
in ipso sunt infinita. Sed de infinitate eius poten-  
tia specialiter sciendum est, quod cum potentia  
activa sequatur actum, quantitas potentie sequitur  
quantitatem actus: vnuinq[ue]dque enim tantum  
abundat in virtute agendi, quantum est in actu. Deus  
autem est actus infinitus: quod patet, ex hoc  
quod actus non finitur nisi duplicitate. Vno modo  
ex parte agentis, sicut ex voluntate artificis recipit  
quantitatem, & terminum prædictum domus.  
Alio modo ex parte recipientis: sicut calor in lignis  
terminatur, & quantitatem recipit secundum dis-  
positionem lignorum. Ipse autem diuinus actus  
non finitur ex aliquo agente, quia non est ab alio,  
sed est a se ipso, neq; finitur ex alio recipiente, quia  
cum nihil potentiae passus ei admiscetur, ipse est  
actus purus non receptus in aliquo: est enim Deus  
ipsum esse suum in nullo receptum. Vnde patet,  
quod Deus est infinitus, quod sic videri potest. El-  
le enim hominis terminatum est ad hominem spe-  
ciem: quia est receptum in natura speciei huma-  
na, & simile est deesse equi, vel cuiuslibet creatu-  
re: esse autem Dei cum non sit in aliquo receptu,  
sed sit esse purum, non limitatur ad aliquem modum  
perfectionis esendi, sed totum esse in se habet, &  
sic sicut esse in vniuersali acceptum ad infinita se  
potest extender, ita diuinum esse infinitum est, &  
ex hoc patet, quod virtus, vel potentia sua activa,  
est infinita. Sed sciendum, quod quamvis poten-  
tia habeat infinitatem ex essentia, tamen ex hoc ipso,  
quod comparatur ad ea, quorum est principium,  
recipit quandam modum infinitatis, quem essen-  
tia non habet. Nam in obiectis potentiae, quedam  
multitudine inuenitur, in actione etiam inuenitur  
quædam intensio secundum efficaciam agendi. Et  
sic potest potentiae actus attribui quedam infinitas  
secundum conformitatem ad infinitatem quanti-  
tatis, & continuæ, & discretæ. Discreta quidem,  
secundum quod quantitas potentie attenditur eum  
multa, vel pauca obiecta, & hæc vocatur quantitas  
extensiua. Continuæ vero, secundum quod quanti-

Fitas potentiae attenditur in hoc, q; remisse, vel in-  
tense agit: & hæc vocatur quantitas intensiva pri-  
ma autem quantitas conuenit potentiae respectu  
obiectorum, secunda vero respectu actionis. Istorum  
enim duorum actua potentia est principiū,  
vtrique autem modo diuina potentia est infinita.  
Nam nunquam tot effectus facit, quin plures face-  
re possit, nec vix quam ita intense operatur, quin  
intensius operari possit. Intensio autem in opera-  
tione diuina non est attendenda secundum quod  
operatio est in operante, quia sic semper est infinita,  
cum operatio sit diuina essentia, sed attenden-  
da est secundum quod attingit effectum: sic enim  
a Deo mouentur quedam efficacius, quedam mi-  
go potentiæ Dei est infinita.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil, quod  
est in Deo, potest dici frustra, quia frustra est, quod  
est ad aliquem finem, quem non potest attingere:  
Deus autem, & quæ in ipso sunt, non sunt ad finem,  
sed sunt finis. Vel dicendum, q; Philosophus lo-  
quitur de potentia actua naturali. Res enim na-  
turales coordinatae sunt ad unicum, & etiam omnes  
creatura. Deus autem est extra hunc ordinem. Ipse  
enim est ad quem totus hic ordo ordinatur, sicut  
ad bonum extrinsecum, vt exercitus ad ducem: le-  
cuudum Philosophum in 12. Metaphysic. Et ideo  
H non oportet vt ei quod est in Deo, aliiquid in crea-  
turis respondeat.

AD SECUNDVM dicendum, q; secundum Com-  
men. in 8. Phys. demonstratio illa de proportione  
temporis, & potentia mouentis, procedit de pore-  
tia infinita in magnitudine, que proportionatur  
in infinito temporis cum fini vniuersi generis determi-  
nat. & continuae quantitatis, non autem tenet de in-  
finito extra magnitudinem, quod non est propor-  
tionale infinito temporis, ut postea alterius rationis  
existens. Vel dicendum, vt tactum est in obiectu-  
do, quod Deus, quia agit voluntarie, mensurat  
motum eius quod ab eo mouetur, sicut vult.

AD TERTIVM dicendum, quod licet voluntas  
Dei non possit mutare eius potentiam, potest ra-  
men determinare eius effectum. Nam voluntas  
potentiam mouet.

AD QUARTVM dicendum, quod ipsa ratio facti,  
vel creati repugnat infinito. Nam ex hoc ipso, q;  
sit ex nihilo, habet aliquem effectum, & est in po-  
tentia, non actus purus. Et ideo non potest equa-  
ri primo infinitum, vt sit infinitum.

AD QUINTVM dicendum, quod infinitum pri-  
uatiue dictum, quod est passio quantitatis, repu-  
gnat simplicitati, non autem infinitum quod est ne-  
gatiue dictum.

AD SEXTVM dicendum, quod illa ratio procedit  
de infinito priuatiue dicto.

AD SEPTIMVM dicendum, quod aliquid potest  
esse distinctum duplicitate. Vno modo per aliud si-  
bi adjunctum, sicut homo distinguitur per ratio-  
nalem differentiam ab asino, & tale distinctum  
oportet esse finitum, quia illud adjunctum deter-  
minat ipsum ad aliquid. Alio modo per seipsum.  
Et sic Deus est distinctus ab omnib. rebus, & hoc  
eo ipso, quia nihil addi ei est possibile. vnde non  
oportet, quod sit finitus, neque ipse, neque aliquid  
quod in ipso significatur.

AD OCTAVVM dicendum, quod finis cum sit  
perfectionis, Deo nobilissimo modo attribuitur,  
scilicet, vt ipse essentialiter sit finis, non denomi-  
native finitus.

AD NONVM dicendum, q; sicut in quantitatibus, potest  
consi-

QVAEST. I. DE POTENTIA DEI. ARTIC. III.

considerari infinitum secundum unam dimensionem, & non secundum aliam, & iterum infinitum secundum omnem dimensionem: ita & in effectibus. Possibile est enim aliquam creaturam posse producere effectus infinitos quantum est de se, secundum aliquid, ut pote secundum numerum in eadem specie, & sic omnium illorum effectuum natura est finita, ut pote ad unam speciem determinata, ut si accipiamus homines vel asinos infinitos. Non est autem possibile ut sit aliqua creatura que possit in effectus infinitos omnibus modis, & secundum numerum & secundum unam species, & secundum genera, sed hoc solius Dei est. Et ideo sola eius potentia est simpliciter infinita.

AD DECIMVM dicendum, sicut ad octauum.

AD XI. dicendum, quod ratio illa procedit de infinito priuatiue dicto.

Et similiter dicendum ad XII.

AD XII. dicendum, quod Deus semper agit tota sua potentia: sed effectus terminatur secundum imperium voluntatis, & ordinem rationis.

ARTICVLVS III.

Vtrum ea que sunt naturae impossibilias sint deo possibilia.

**T**ERTO queritur: Vtrum ea que sunt naturae impossibilias, sint Deo possibilia. Et utrum non. Dicitur quod inquit dñs gl. R. 11. q. Deus cum sit actio naturae, non potest facere contra naturam: sed iesa que sunt impossibilias nature, sunt contranaturam: ergo Deus ea facere non potest.

**P**ret. Sicut omne in natura necessarium est demonstrabile, ita omne impossibile in natura est improbable per demonstrationem: sed in omni conclusione demonstrationis includuntur demonstrationis principia: in omnibus autem demonstrationis principiis includuntur hoc principium, q. affirmatio & negatio non sunt simul vera. ergo si hunc principium includitur in qualibet impossibiliitate. Sed Deus non potest facere q. negatio & affirmatione sint simul vera, ut respondens dicebat: ergo nullum impossibile in natura potest facere.

**P**ret. Sub Deo sunt duo principia, ratio & natura: sed Deus ea quae sunt impossibilias rationis facere non potest, sicut q. genus non praedicitur de specie. ergo nec illa quae sunt impossibilias nature.

**P**ret. Sicut se habet falsum & uerum ad cognitionem, ita se habet possibile & impossibile ad operationem: sed illud quod est falso in natura, Deus scire non potest, ergo quod est impossibile in natura Deus non potest operari.

**P**ret. Quidam est simile de uno & omnibus,

quod probatur de uno intelligitur de omnibus, esse probatum. Sicut si probatur de uno triangulo demonstretur quod habeat tres aequales duobus rebus, de omnibus intelligitur esse probatum. Sed similis ratio vnde de omni impossibiliitate quod Deus si ludit possit & non possit: tum ex parte facientis, q. diuina potentia infinita est: tum ex parte facti: q. omnis res habet potentiam obedientiam ad Deum: ergo si aliquod impossibile est naturae quod facere non possit, ut respondeat dñe dicebat, uidetur quod nullum impossibile facere possit.

**P**ret. Prima Timoth. 5. dicitur. Fidelis Deus qui scilicet uerum negare non potest. Negaret autem scilicet, ut dicit glosa si promissum non impleret. Si cut autem promissum Dei est a Deo, ita omne uerum est a Deo, qui ut dicit glosa. Amb. 1. Cor. 12.

A super illud. Nemo potest dicere Dominus Iesus. Omne uerum a quocumque dicatur a Spiritu sancto est ergo non potest facere contra aliud uerum. Faceret autem contra uerum si sacerdoti aliquod impossibile, ergo Deus non potest facere aliud impossibile in natura.

**P**ret. Ans. dicit quod minimum inconveniens Deo est impossibile: Sed inconveniens est quod affirmatio & negatio essent simul uera, quia intellectus esset ligatus. ergo Deus non potest facere hoc. Et ita non potest facere omnia impossibilia in natura.

**P**ret. Nullus artifex potest operari contra artem suam, quia principium suae operationis est ars. Sed Deus faceret contra artem suam si faceret aliud impossibile in natura, quia naturae ordo, secundum quem illud est impossibile, est secundum artem diuinam. ergo Deus &c.

**P**ret. Magis est impossibile quod est impossibile per se, quam quod est impossibile per accidentem. Sed Deus non potest facere quod est impossibile per accidentem, scilicet quod id quod suit non fuerit, ut patet per Hieronym. qui dicit, quod cum cetera Deus possit, non potest facere virgininem de corrupta, & per Augu. contra Faustum, & per Philo. in Ethico, ergo Deus non potest facere id quod est impossibile per se in natura.

**S**ED CONTRA est quod dicitur Lucae 1. Non erit impossibile apud Deum omne uerbum.

**P**ret. Omnis potentia, quae potest facere hoc & non illud, est potentia limitata: si ergo Deus potest facere impossibilia in natura, & non impossibilia uel haec impossibilia, & non illa, uidetur q. Dei potentia sit limitata, quod est contra supra determinata. ergo &c.

**P**ret. Omne illud, quod non limitatur per aliquid, quod est in re, per nihil quod est in re, impeditur potest: sed Deus non limitatur per aliquid quod est in re, ergo per nihil quod est in re potest impeditur, & ita teritus huius principij, affirmatio & negatio non possunt esse simul, non potest impeditre quin Deus possit facere. Et par ratione de omnibus alijs.

**P**ret. Prterea. Pruationes non suscipiunt magis & minus: sed impossibile dicitur secundum pruationem potentiae, si ergo unum impossibile est quod Deus facere potest, ut cæcum illuminare: uidetur pari ratione quod potest facere omnia.

**P**ret. Omne quod resistit alicui, resistit in ratione aliquius oppositionis: sed potentiae diuinæ nihil est oppositum, ut ex supradictis patet: ergo ei nihil potest resistere. Et ita potest facere omnia impossibilia.

**P**ret. Sicut cecitas opponitur visioni, ita uirginitas partui, sed Deus fecit quod uirgo manens uirgo patet: ergo pari ratione potest facere quod cæcus manens cæcuscus uideat, & potest facere quod affirmatio & negatio sint simul uera, & per consequens omnia impossibilia.

**P**ret. Difficilius est coniungere formas substantiales disparatas, quam formas accidentales: sed Deus coniunxit in unum formas substantiales maxime disparatas, scilicet diuinam & humanam, quia differunt in creatum & in creatum. ergo multo amplius potest coniungere duas formas accidentales in unum, ut faciat quod idem sit album & nigrum. Et sic idem quod prius.

**P**ret. Posito q. ad diffinito remouetur aliiquid

Quæst. dist. S. Thomas. A 3 quod

L. 1. Cap.  
Deus homo  
cap. 2. Grec  
princeps.

Ad Eusto-  
chium de cu-  
todia virgi-  
nitatis ali-  
quantulm a  
principio,  
cap. 5.  
in principi-

cap. 3. in fin.